N. 5. Banderium Commendariæ et Civitatis Tucholiæ, quod ejus ex ordine
Henricus Commendator de Tucholia ducebat: sub quo erant et Fratres Ordinis
militares et armigeri Diſtrictus Tucholovienſis et milites mercenarii. Hic Henr.
natione Almannus Francus Commendator de Tucholia a principio hujus Guerræ
usq. ad ejus Conſummationem tam ſuperba Arrogantia inflatus erat, ut duos Ate
nades nudos ante ſe et ſuum exercitum Tucholienſem, cujus erat ductor, no
ſecus, quam jam Victor et magnificus et fortis Triumphator, et quasi omnis ti
Fortuna ex eo dependerit, deferri, quocunque pergeret, juberet. Erat id et Magiſt.
Pruſſiæ Ulrico et ſuis Commendatoribus moleſtum, nemoque tam inſolentem
orem probabat, frequentius q. increpitus et argutus publice et privá
noluit ponere furori ſuo modum, nec á ſuperbia ſua per bene ſuadent
revocari: non prius ſe illos in vaginam conditurum declarans, donec
trumque in Polonico ſanguine cruentaret. Itaque permittente Dei juſto Ju



dum ex prælio turpiter fugiendo in Villam Wyelgniow deveniſſet,
a Polonorum militibus illum inſequentibus, cum univerſis, qui illum
inſequebantur, conſecutus, miſerabiliter capite craſſo truncatus te
meritatis et Superbiæ funeſtas quidem, ſed meritas Poenas
dedit. Cui nec in prælio honeſte mori, nec per turpem fugá
vitam ſervare contigit miſerabilem et miſerandam.

Bañiere de la Commanderie et de la
Ville de Toucholia, portée par Henri
Commandeur de Toucholia.